



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

13. De Vvaltero de Mere, qui vidit Archiepiscopum N. deferri ad montem Heclam cuius visionis occasione, ipse postmodum religiosissima[m] duxit vitam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

bus, pater foceri mei in Sicilia exactione
 canonis egerat, atque iam ad Italiam rediit.
 Cuius naus apulsa est ad insulā, quæ Lipari
 appellatur. Et quia illic vir quidam solitus
 us magnæ virtutis habitabat, dum nauis
 uis armenta repararent, visum est prædicatori
 tri foceri mei ad eundem virum Dei pergere
 seque eius orationibus commendare. Quod
 vir Domini cū vidisset, eis inter alia collo-
 quens dixit: scitis quia Rex Theodoricus mor-
 tuus est? Cui illi protinus responderunt: non
 sit, nos eum viuētem dimisimus, & nihil
 ad nos de eo nunc vsque perlatum est. Quod
 Dei famulus addidit, dicens: Etiam mortuus
 est: Nam hesternō die hora nona inter Ioannem
 Papam & Symmachum Patricium discinctus
 atque discalciatus, & vinctis manibus de-
 ctus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactus
 est. Quod illi audientes sollicitè conscrip-
 runt diem, atq; in Italiam reuersi, eo die The-
 odoricum regem inuenerūt fuisse mortuum,
 quo de eius exitu atque supplicio Dei famulus
 fuerat ostensum. Et quia Ioannem Papam occi-
 gendo in custodia occidit, Symmachum quo-
 que Patricium ferro trucidauit, ab illis
 in ignem missus apparuit, quos in hac vita
 iuste iudicauit.

*De VValtero de Mere, qui vidit Archie-
 scopum N. deferri ad montem Heclam, cuius
 visionis occasione ipse postmodum religio-
 mam duxit vitam.*

Valterus de Mere vir nobilis, satelles Caroli V. Imper. cum aliquando nauigaret ad partes Boreales Islandiam versus secundo vento, vidit nauim ex aduerso ferri, itidem secundo vento, atque in puppi illius quoddam monstrum instar hominis nigrimi, tanquam nauarcham constitutum. Cumque nauta huius walteri pro more acclamaret, quid mercium ueherent, & quorsum tenderent, respondit daemon alterius nauis detector, Nos uehimus Archiepiscopum N. nominando ciuitatem in qua fuerat Archiepiscopus, & tendimus ad montem Heclam. Quo audito V. Valterus iste totus contremuit, & vitæ suæ rationes subducere incipiens, cum primū Leidam Hollandiæ reuersus est, amplexus est institutum D. Francisci, ibidē sub patre V. Vilhelmo Delphensi professus, (qui hæc domi meæ in plena mensa multis honestissimis uiris assidentibus exactè narrauit) & postmodū Dordraci sepultus est.

Laurentius Surius in Chronicis sub annum 1537. adducēs Trogū li. 4. & Strabonem. De Æthne mōtis & Heclæ terribilibus incēdijs.

Anno 1537. mense Aprili Aetna mons Siciliæ, materia plenus sulphurea, quam humidagignunt nutrimenta, ingentem ignis massam euomit, quæ non repentino, sed passim decedens, colles, nemora, saxa rupes,